



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Quæ omnia ad praxim vtriusque fori, interioris scilicet, & exterioris, & ad
iurisdictionis explicationem exigenda continet

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopi Illis Casibus, in quibus tanquam Sedis Apost. delegati procedunt,
an delegati, vel Ordinarij iudices sint censendi? Allegatio XCII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98639](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98639)

dentes, illorum sanitatem, aut interitum à Dei beneplacito pendere, qui dixit per Prophetam suum *Deuter. 32.* ego occidam, & vivere faciam, ego percutiam, & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruer.

16 Sicut etiam solent medici vere amantes & studiosi aliorum sanitatis, eos etiam dum bene valent, admonere, vt à nimio solis aestu, à vino vehementiori, ab acerbioribus pomis atque edulijis noxijs abstineant, ne morbum contrahant: sic opportune eosdem debent instruire, vt animi morbos, ac vitia declinent, ex quibus corporis agiutudines multoties subleuantur, & ex sacro Euangelio *Ioan. 5.* dicitur, Ecce sanus factus es, ex quo euident est ob peccata & Dei offensiones, infirmitates, ac languores, quandoque generati, vt exorditur *Innoc. in d. cap. cum infirmitas.*

S P M M A R I U M.

- 1 Episcopis quibus in locis tam iuris communis, quam Concilij Tridentini facultas concedatur, vt tanquam delegati Sedis Apost. procedant, remissine ostenditur.
- 2 Delegatio quoties fit ab ipsa lege non delegatam, sed potius Ordinariam iurisdictionem tribuit.
- 3 Episcopi cum tanquam delegati Sedis Apostolicae cognoscunt, quod Ordinariam iurisdictionem habeant, adducuntur aliqua fundamenta, sed contrarium verius.
- 4 Respondetur fundamentis primae opinionis.
- 5 Delegatio quando fit à Canone, seu lege per modum commissionis specialis, & non sub ratione officij, delegatam & non Ordinariam iurisdictionem tribuere censetur.
- 6 Delegatus iudex dicitur ille, cui sine magistratu, officio, aut non habita ratione ad illud, iurdictio mandata est.
- 7 Declarantur tex. in l. & quia, ff. de iurdict. omnium iudic.
- 8 Iurdictio quando iudici Ordinario à lege, seu Principe committitur, quae alias semota commissione ei competeat, adiecta clausula, auctoritate nostra, vel tanquam delegatus à nobis, & similiter, fit delegata.
- 9 Delegata causae iudici Ordinario quando illum in eis precedentem, delegatum, quando vero Ordinarium iudicem constituent, ostenditur.
- 10 Iurdictio, quae absolute conceditur per illa verba, auctoritate Apost. seu tanquam Sedis Apost. delegatus, est delegata, licet fiat circa illa, ad quae alias Episcopus iurisdictionem habebat.
- 11 Iurdictio cum conceditur adiecta particula, etiam, veluti cum dicitur, etiam tanquam Sedis Apost. delegatus, vel etiam auctoritate nostra, Ordinaria, & delegata est.
- 12 Dictio, etiam, vnum casum exprimit, & alium includit.
- 13 Appellatio interponitur ad Metropolitanum ex sententia prolata ab Episcopo in casu, in quo processit, etiam tanquam Sedis Apost. delegatus.
- 14 Appellatio quoad effectum deuolutiuum ab Episcopo resistente etiam tanquam Sedis Apost. delegato interponitur ad Metropolitanum.
- 15 Iurdictio quando Episcopo conceditur cum remissione obstraculi exemptionis, aut privilegiorum Ordinaria restituta censetur.

trione obstraculi exemptionis, aut privilegiorum Ordinaria restituta censetur.

16 Iurdictio Episcopis specialiter concessa, simpliciter tamen nulla adiecta clausula si non persona, sed muneris, aut dignitati perpetuo detur, ordinaria est.

17 Capitulum Sede vacante an possit succedere in illis casibus, in quibus facultas Episcopo conceditur, vt procedat tanquam delegatus Sedis Apost. ostenditur.

EPISCOPI ILLIS CASIBUS, in quibus tanquam Sedis Apost. delegati procedunt, an delegati, vel Ordinarij indices sint censendi?

ALLEGATIO XCII.

Questio hæc ad multa deferuies utilis est, nam passim in iure communi Episcopis facultas concessa reperitur, vt procedant tanquam Sedis Apost. delegati, vel alia simili verborum forma, vt in capit. ad abolendam, in fine, de hæret. cap. irrefragabili, §. ceterum, de officio Ordin. cap. 1. §. ult. de statu Regul. libr. 6. Clem. 2. de statu monach. Clem. 1. de suppl. neglig. Pralat. Clem. quia contingit, in fine princip. de relig. domibus, & saepe alibi: sic etiam per sacros. Concil. Trident. sub eadem verborum forma eisdem iurdictio conceditur, vt in cap. 2. sess. 5. de reformat. & sess. 6. de reformat. cap. 2. 3. & 4. & sess. 7. cap. 6. 8. & 14. & sess. 14. c. 4. & sess. 21. cap. 5. & 7. & 8. & sess. 12. cap. 3. 5. 6. 8. & 10. & sess. 24. de reformat. cap. 9. 10. & 11. & 14. & sess. 25. cap. 8. & 9. quæ habentur in indice Concilij, verbo Episcopi, quibus in causis, & congerunt Azor. in finit. moral. par. 2. libr. 3. capit. 54. Francisc. Lea in thesauro fori ecclesiastici par. 2. cap. 2. numero 59. cum multis sequentibus, Alex. Ric. in praxi aurea resol. 449. ideo non abs re dubitari potest, Vtrum huiusmodi iurdictio competens Episcopis virtute dictæ clausulæ delegata, an Ordinaria sit censenda?

2 Aliqui hanc iurisdictionem Ordinariam esse contendunt. Primo, quia quoties delegatio fit ab ipsa lege, non delegatam, sed potius ordinariam iurisdictionem tribui, videtur probare tex. in l. & quia, ibi, nec ipsa lex defert, per argumentum à contrario, ff. de iurdict. omnium iud. & in specie notauit glos. 2. in dicto cap. irrefragabili, §. ceterum, quam ibidem sequuntur multi, Berof. multis confirmans in rubrica de officio deleg. n. 57. Orian. in l. 1. n. 71. & ibidem late Jacob. de Nigris n. 37. cum duobus sequentibus, ff. de officio eius. Secundo, quia si causæ illæ, etiā post commissionem Episcopo competeant, iurisdictionem non alterari, sed adhuc post commissionem manere Ordinariam, probat expresse tex. in cap. licet, de officio Ordin. vbi omnes notant. Tercio, quia etiam si causæ illæ semota commissione Episcopo non competere adhuc post commissionem manere Ordinariam, manifeste deducitur ex decisione tex. in capit. cum aliquibus, versic. si vero, ibi, non Apostol. sed recipientium censetur auctoritate receptus, iuncto principio, ibi, non obstantibus, &c. de rescript. libro sexto, dum probat, quod vbi habenti alias potestatem de iure

communi ad aliquid faciendum, quæ tamen per privilegia, seu exemptiones impedita erat, eadem iterum potestas conceditur, Ordinaria manet, constat autem, quod in specie prædictorum iurium, & similium, si non darentur exemptiones, privilegia, seu reservationes, Episcopi de iure communi iurisdictionem habebant ad illa omnia exercenda, de quibus in eisdem agitur, iuxta reg. tex. in cap. cum Episcopus, 7. de offic. Ordinar. in 6. capit. omnes Basilica, 16. quæst. 7. & quæ passim tradunt Doctores tam nostri, quam Theologi asserentes Episcopos in suis diocælibus omnia de iure facere posse, quæ Summus Pontifex in toto orbe, nisi specialiter exempta, seu reservata reperiantur, facitque reg. tex. in c. imper, 29. vers. in secundo, ibi, quia tamen &c. de sentent. excommunicat. Henric. in sum. lib. 2. cap. 35. §. 2. iuncta littera D. cum alijs citatis supra Alleg. 33. num. de c. 6. sext.

3 His tamen non obstantibus alij melius tenent in omnibus casibus, in quibus per ius commune, aut Concil. Trident. Episcopis facultas conceditur, ut procedant tanquam Sedis Apostolicæ delegati, non Ordinarios, sed delegatos Iudices esse censendos, cum enim in his terminis non iure officij sui, nec habita ratione ad illud, sed magis ex speciali delegatione eisdem iurisdictioni committatur, ut patet, consequens fit illos delegatos, non vero Ordinarios constitui, tradunt in specie post gloss. ult. in d. cap. ad abolendam, de heret. gloss. 2. in cap. per hoc, eodem titulo libr. 6. gloss. verbo auctoritate, in cap. 1. de clerico agrot. & vobique Doctores, Abb. numero 15. & ibidem Marian. numero 14. & a numer. 37. in d. cap. ad abolendam, Deci. in rubric. numero 6. de officio deleg. Cosm. in pragmat. tit. de collation. §. item circa, verbo legatorum, Panin. de potestate Capituli, par. 1. quæst. 10. numero 3. & 4. Sanchez. de matrimo. libro 8. disp. 2. n. 10. Alosj. Ricc. d. resolut. 449.

4 Quæ opinio reterta non obstant quæ in contrarium pro prima supra adduxi, nam ad primum respondetur.

5 Quod licet delegatio à Canone, seu lege fiat, si tamen fit per modum commissionis specialis, & non sub ratione officij, delegatam, non vero Ordinariam iurisdictionem tributam censi, ut probat text. in l. 1. versic. & ideo, ibi, lege, vel Senatori consulto delegatam, & in §. qui mandatam, ibi, sed merum imperium, quod lege datur, &c. ff. de offic. eius, & ita in terminis resoluunt supra citati.

6 Deinde hoc ipsum deducitur ex veriori iudicis delegati definitione, quæ habet illum vere dici iudicem delegatum, cui sine magistratu, officioque, aut non habita ratione ad illud, iurisdictioni mandata est, secundum Molin. de iustitia tom. 6. disput. 14. numer. 1. Morlan. in emptorio iuri, tit. 2. in prælud. numero 88 in fine, D. Barbofæ in l. cum prætor §. 1. num. 21. & 22. & a numer. vigesim. quart. cum sequentibus, ff. de iudic. nam ideo ibi dicitur, iurisdictioni mandata est, quia nihil refert an ab homine, vel lege mandetur, si per modum specialis commissionis delegatur.

7 Nec refragatur text. in d. l. & quia, ibi, nec ipsa lex defert: quia respondetur aliud esse legem deferre iurisdictionem, de quo text. ille loquitur, quod quidem solum Magistratibus Ordinariis lex tacet, dum talia creantur: alij vero delegare,

de quo agimus; unde licet verum sit illos, quibus lex iurisdictionem defert per modum Ordinarii magistratus, Ordinarios esse (quod text. ille tantum concludit) non tamen inde sequitur illos, quibus delegat per modum specialis commissionis, etiam Ordinarios manere, neque text. hoc significat, quod vero iurisdictioni non expiret, etiam si re integra Legislator moriatur, ut omnes agnoscunt, & verum est, non provenit ex eo, quod talis iurisdictioni Ordinaria sit, sed quia lex delegans nunquam moritur, vulgata leg. Ariant. c. de heret. fecitque bonus text. in cap. si gratiose, versic. secus autem, de rescript. libro 6.

8 Ad secundum respondetur verius esse quando iudici alias Ordinario, à lege, seu Principe iurisdictioni committitur, circa illa tamen, quæ semota commissione ad illius spectabant potestatem, non delegatam iurisdictionem de nouo tribui, sed Ordinariam, quam iam habebat, excitari, ut in specie probat text. in d. c. licet, ibi, suæ iurisdictioni subiectos, & per totum text. ubi post gloss. penul. omnes ibi notant, Ius in l. ius Civile, nu. 2. ff. de iustit. & iure, Cened. ad Decretal. collect. 157. numero 1. Menoch. de præf. lib. 2. q. 16. numero 24. Attamen hoc non procedit quoties in commissione adiecta fuerit clausula, auctoritate nostra, vel tanquam delegatus à nobis, aut similiter, quia tunc iuxta reg. tex. in l. 1. §. si quis simpliciter, vers. cum adijcitur, ff. de verb. oblig. videtur Superior iurisdictionem Ordinariam inferioris mutare in delegatam, dum vult ut ipse non iam suo nomine, sed delegantis cognoscat, quod proprium, est delegatorum, succedique regul. l. 1. vers. omnia enim, C. de veteri iure enud. iuncta l. 1. §. qui mandata, & l. 3. ff. de officio eius, probat in specie text. in d. cap. cum aliquibus vers. nisi, de rescript. lib. 6. ex quo ita in terminis post Bar. & alios, quos citant, tradunt Menoch. de arbit. li. 1. q. 12. à nu. 4. Azaveda in rub. tit. 9. numero 17. & 18. lib. 3. noua recop. Molina tom. 6. tract. 5. disputat. 14. numer. 15. vers. quando vero.

9 Ad tertium respondetur etiā verum esse, quando alicui iudici Ordinario causæ aliqua committuntur, ad quas citra commissionem, potestatem non habebat, illum non Ordinarium, sed delegatum iudicem esse censendum, siquidem non sub ratione officij, aut magistratus, sed ex speciali commissione eidem competunt, facit bonus text. in l. 3. ibi, et si Prætor sit is, &c. ff. de officio eius, d. cap. cum aliquibus, versic. si canonicorum, de rescript. in 6. & est doctrina Bar. in l. more maiorum, num. 8. ff. de iurisdic. omnium iud. & in l. ambitiosa, numero 34. ff. de decretis ab ordine faciendis, quam sequitur D. Barbofæ in l. cum Prætor §. 1. à num. 72. ff. de iudic. cum late traditis per Menoch. de præsump. lib. 2. q. 16. num. 25. cum duobus sequentibus. Molina d. tom. 6. disput. 14. num. 1. vers. quando autem. Limitando nisi in his terminis commissio fiat habita relatione ad officium, seu magistratum, veluti si dicatur ad officium talis iudicis, vel ad talem iudicem pertinere, &c. tunc enim non iurisdictioni noua delegata, sed magis antiqua Ordinaria prorogata, seu extensa censetur, sicque notabiliter in his terminis ampliabitur decisio text. in d. c. licet, de officio Ordinar. tradunt Balb. in d. l. more maiorum colum. 2. Menoch. num. 23. D. Barbofæ num. 30. cum seq. proxime citatis locis. Per contrarium tamen

causæ, quæ committuntur eius sunt naturæ, quod secundum iuris regulas ad cognitionem iudicis ratione sui officij pertineant, cum per privilegia, seu aliter ab ipsius potestate essent exemptæ, iterum simpliciter eidem committuntur, non obstantibus illis privilegijs, seu exemptionibus, tunc respectu illarum iudex censetur Ordinarius, non delegatus, bonus rex. sic intelligendus in d. cap. aliquibus, versiculo si vero: quod ex eo probatur, quia tunc cognitio, seu potestas iam competit iure proprii officij, quod est iudicis Ordinarij proprium, nec ex commissione recipitur, vt in delegatis contingit: nam licet verum sit, quod per illam commissionem remouentur impedimenta, seu exemptiones, per quas talis cognitio, aliàs iure communi competens, suspensa erat, & interdicta, nullatenus tamen ipsam potestatem cognoscendi de nouo recipitur, sed tantum impedimentis sublatis ad suam antiquam naturam redit, ac proinde ordinaria manet, iuxta reg. tex. in l. si vnus, vigesim. septim. §. pñtis, in fine, iuncta gloss. verbo redatur, ff. de pñtis, cap. ab exordio, dist. 35. & optimo exemplo cernere licet in illo, qui ligatus censura aliqua Sacramenta recipere, aut conferre non poterat, dum enim postea absolutus illa recipit, aut confert, non dicitur recipere, seu conferre ex auctoritate eius, qui absoluit, sed magis ex pristina facultate, seu potestate, quam habebat tradunt bene explicantes, Anchar. & alij in d. cap. cum aliquibus, Jacob. de Nigris in d. l. 1. numero trigessim. nono ff. de officio eius, l. si in d. l. 1. §. si quis simpliciter numero quinto, & ibi Croc. numero 10. ff. de verb. obligat. Felin. in d. cap. cum ex officij, numero trigessim. secund. vers. & quia, de prescript. Sed hæc omnia intelligenda sunt, vbi causæ hæc sublatis impedimentis simpliciter committuntur, secus si adijciatur clausula illa, auctoritate nostra, vel similis, tunc enim iudex non Ordinarius, sed delegatus manebit, d. cap. cum aliquibus, vers. nisi, D. Barbosa l. cum Prætor, §. 1. an 32. ff. de iud. iunctis resolutis in responsione ad secundum.

10 Ex quibus, vt omnis æquiuocationis occasio tollatur, obseruandum est cum Nicol. Garcia de benef. part. 5. cap. 7. a numero quadragesim. octau. quod vel iurisdicção absolute conceditur, per illa verba auctoritate Apostolica, seu tanquam Apostolica Sedis delegatus, vt in pluribus decretis Concilij Trident. & iuris communis, in d. cap. ad abolendam, & in d. cap. irrefragabili, §. caterum, adductis in princip. huius Allegat. tunc licet concessio fiat circa illa, ad quæ aliàs Episcopus iurisdictionem habebat, sine dubio delegatus censetur, ex regul. d. cap. cum aliquibus, vers. nisi, quicquid aliud indistincte dicat Euen. ad Decretal. collect. 157. numer. 1.

11 Vel rursus in tali concessione adijcitur particula, etiam, veluti cum dicitur, etiam tamen Apostol. Sedis delegatus, vel, etiam auctoritate nostra, vt sess. 6. de reform. capit. 6. & sess. 22. de reform. cap. 10. 12 Tunc vtramque potestatem Ordinariam scilicet, & delegatam Episcopus habere dicitur, iuxta naturam dictionis, etiam, quæ vnum casum exprimit, & alium includit gloss. verbo Ecclesia, iuncto textu, in Clem. 2. de heretic. cum citatis à me ipso in Remiss. de diction. & claus. dictio. 95.

13 Vnde si ab eodem Episcopo in hoc casu appellatur non ad Summum Pontificem, sed ad Metropolitanum Ordinarium erit appellandum: si enim in visitatione appellari contigerit ab Episcopo suffraganeo, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegato, prout in Sacro Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 10. debet appellari ad Metropolitanum, quoad deuolutiuum effectum, non quoad suspensiuum, prout in sess. 22. de reform. c. 1. ita decilum referunt praxis Episcop. par. 2. verbo visitatio, §. 3. Aloys. Rice. dist. resolut. 449. numer. 2. prope fin. Villadieg. in speculo visitatorum, fol. 35. numer. 31. Cochier. de iurisdic. Ordin. in exemptos, par. 2. q. 14. num. 5.

15 Vel in concessione solum remouentur obstacula exemptionis, aut privilegiorum, dicendo, non obstantibus privilegijs, seu exemptionibus, &c. vt in sess. 5. de reform. cap. 2. in fine vers. quæstiones, & sess. 7. cap. 5. & 7. cum alijs: & de iure communi in Clem. 1. de testam. & in Clem. 1. de sepul. & saepe alibi, & in his terminis quicquid Anchar. & alij existimant in cap. hi qui. de præbendis, lib. 6. Felin. in d. cap. licet, de offic. Ordin. in princip. Alciat. in l. 1. §. si quis simpliciter, numer. 12. ff. de verborum oblig. asserentes iudicem Ordinarium constitui delegatum, cum eidem potestas conceditur contra exemptos: verius tamen est, cum hoc casu solum fiat reductio ad ius commune, solum potestatem ordinariam restitutam censi, iuxta d. cap. cum aliquibus, vers. si vero.

16 Vel denique aliqua potestas eidem Episcopis specialiter conceditur, simpliciter tamen, nulla adiecta clausula, vt sess. 24. ca. 6. de reform. cum similibus, & tunc si non persona, sed muneti, seu dignitati perpetuo datur, licet specialiter detur, Ordinaria dicitur, competens iure speciali ordinario, iuxta doctrinam gloss. 1. c. ult. de officio Ordin. quam cū infinitis à se relatis sequitur Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 40. num. 14. & lib. 8. disp. 2. n. 10. Quas omnes distinctiones mente tenebis, quia ex illis tum ad appellationes, tum ad alia diuersi in iure nostro resultant effectus.

17 Hinc etiam colligi potest resolutio ad illam questionem. Vtrum scilicet Capitulum Sede vacante, succedat in illis casibus, in quibus à iure communi, vel Sacro Concil. Trident. datur facultas Episcopo, quod procedat tanquam delegatus Sedis Apostolicæ? in qua dicendum est Capitulum Sede vacante, in hac facultate succedere non posse, nā vt supra resoluius in versiculo præcedenti, iurisdicção concessa prædicto modo delegata est, atqui in iurisdictione Episcopo delegata non succedit Capitulum Sede vacante, Rge. decis. 6. de offic. deleg. in antiq. Felin. in cap. eam te num. 17. de rescript. Azened. ad curiam Pisani. l. 1. c. 8. n. 12. Franc. Leo in thesaur. fori ecclesiastici par. 1. c. 10. n. 8. vers. Capitulum enim, Stephan. Quaranta in summa Bullarj, verbo Capitulum sede vacante, in principio, sbroz. de Vicario Episcopi. l. 1. q. 16. n. 1. & l. 2. q. 135. n. 4. Nicol. Garcia de benef. par. 5. c. 7. nu. 42. Azori. institut. moral. par. 2. l. 3. cap. 39. q. 4. Aloys. Rice. in praxi aurea resolut. 118. per totam, vbi numer. 2. ampliat procedere etiam post præsentationem mandati fuisset mortuus Episcopus, ergo non succedet Capitulum in hac facultate Episcopo prædicta clausula delegata; quare ita resoluunt Nicol. Garcia d. cap. 7. numero 47. Sanchez d. disp. 2. num. 10. quicquid distinguat Molina d. rem,

6. diſput. 17. numero octauo. In alijs vero caſibus ſupra relatis, in quibus Episcopos etiam ex poteſtate ordinaria poſſunt procedere, ſuccedit Capitulum Sede vacante, vt aduertit Nicol. Garcia vbi proxime.

S V M M A R I V M.

- 1 Synodus eſt triplex, generalis, ſcilicet, provincialis, & diaceſana.
- 2 Synodus ſemel in anno in ſua diaceſi quilibet Episcopos conuocare poteſt, vel ſapius, vbi neceſſitas poſtulat.
- 3 Synodus per alium poteſt Episcopos inſto aliquo impedimento detentus congregare.
- 4 Vicarius generalis Episcopos Synodum diaceſanam congregare poteſt ſpecialim Episcopo id ei mandante.
- 5 Sacerdotes omnes, qui animarum curam habent, tenentur ad diaceſanam Synodum venire.
- 6 Rectores parochialium nullius diaceſis tenentur accedere ad Synodum vicinorem.
- 7 Monachi, & Prælati mendicantes, quorum Eccleſiæ cura animarum non eſt annexa, venire non tenentur ad Synodum diaceſanam.
- 8 Exempti omnes, qui alijs ceſſante exemptione Synodo intereſſe deberent, nec Capitulis generalibus ſubdantur, ad eam accedere tenentur.
- 9 Abbates exempti, qui intereſſe debent Synodo, quo amittunt ornamenta vti debeant, remiſſine.
- 10 Libertas non veniendi ad Synodum an præſcribi poſſit remiſſine.
- 11 Capitulum Eccleſiæ Cathedralis de neceſſitate debet inuitari ad Synodum, cuius pars tantum debet venire, alia vero remanere in ſeruitio Eccleſiæ.
- 12 Capitula Collegiarum quaſi Episcopalem iuriſdictionem habentia ad Synodum ſunt vocanda.
- 13 Synodus diaceſana intimanda eſt in tempus, quo ieiunijs, & deuotionibus, ſeu celebrationi præcipuarum ſolemnitatum non vacatur, neque graui hyeme, & temporibus ad itinerandum periculofis.
- 14 Electio conſultorum Theologorum, & in vtroque iure Doctorem, promotoris, & notarij ſine ſecretarij Synodi imprimis eſt faciendæ.
- 15 Notarius Synodi omnium Synodo intereſſe obligatorum nomina legit.
- 16 Præſentia in ſedendo in Synodo diaceſana nullum præiudicium in futurum ſedentibus operatur.
- 17 Profeſſio Fidei, & decreta Concilij Tridentini de reſidentia intelligibili voce leguntur in Synodo diaceſana.
- 18 Examinatores ad minus ſex eliguntur in Synodo diaceſana, tam per nota ſecreta, quam aperta, qui promouendos ad beneficia curata examinent.
- 19 Aſſignantur in Synodo diaceſana perſone aptæ, ad minus quatuor, quibus cauſa in partibus delegandæ committantur, quorum ſi aliquis deceſſerit, Episcopos de conſenſu Capituli in locum ipſius, alium ſubſtituere poteſt uſque ad futuram Synodum.
- 20 Conſeruatores iudices pro quibuſcumque Commentibus in Synodo diaceſana nominandi.
- 21 Miſſarum celebrandarum, vbi tam magnus nu-

merus defunctorum diſpoſitionibus impoſitus fuerit promittitur in Synodo diaceſana.

22 Seminarj reddituum rationes in Synodo diaceſana audiendæ.

23 Statuta, ſeu ordinationes aliquas licitum eſt Episcopo in diaceſana Synodo condere.

24 Ordinationes factæ in diaceſana Synodo ſunt perpetuæ.

25 Statuere quando poſſit Episcopos cum conſenſu Capituli, vel ſine illo, oſtenditur.

26 Conſtitutiones Synodales ante publicationem ad urbem mittere non obligatur Episcopos.

27 Episcopos, qui in ſuis conſtitutionibus, vel per editum publicant excommunicationem latæ ſententiæ ipſo iure incurrendam contra clericos omnes, tam ludentes, quam ludum ſpectantes, an incidat in eam ipſemet, & qui cum eo aliqua die recreationis cauſa luſerit, oſtenditur.

28 Episcopos, qui commiſſi contra præceptum in diaceſi alterius Episcopos ſub pena excommunicationis, non incidit in illam.

29 Statuta, quæ condit Episcopos non debent contrariæ ſacris Canonibus.

30 Ratio oſtenditur quare Prælati inferiores Summo Pontifici poſſint inducere conſuetudinem contra ius Canonicum, & non poſſint contra illud ſtatueræ.

31 Episcopos quibus cauſibus poſſit ſtatueræ contra Canones, & Conſtitutiones Summorum Pontificum oſtenditur.

EPISCOPVS QVANDO ET
qualiter Synodum diaceſanam
congregare teneatur?

ALLEGATIO XCIII.

1 **T**riplex eſt Synodus generalis, ſcilicet, Provincialis, & Diaceſana. Generalis illa eſt, quæ à Summo Pont. eiufue auctoritate tantum indicitur, conuocaturque ex omnibus Catholicæ religionis Episcopis gloſ. in capit. 1. 17. diſt. Azgri. inſtit. moral. p. 2. libro tertio capit. quadrageſim. ſeptim. quaſtio. 1. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſiaſt. p. 1. capit. 9. numero 1. Rgolin. de poteſtate Episcopos capit. quadrageſim. octau. numero tertio, de qua late tractantur Iacobus, de concil. tom. decim. tertio tractatum Doctorem, & Cardin. Bellarm. in 4. controu. gen. tom. 1. libro primo capite quarto. Provincialis eſt quæ ab Archiepiscopo fit, in quam conueniunt Episcopos ſuæ provinciæ Azgri. Franciſc. Leo & Rgolin. dictis locis, ſeacc. de appellat. quaſt. 8. numero 100. verſ. Concilium, de quibus nihil in præſenti loco. Diaceſana eſt, quæ congregatur auctoritate Episcopos in ſua diaceſi ex Abbatibus, & Clericis ſibi ſubicctis, cap. quando. 38. diſt. cap. Abbates 18. q. 2. de qua, & ſtatutis Episcopos Synodalibus copioſe ſcripſit Henricus Bottaus, & de ea impræſentiarum à nobis agendum eſt.

2 Ad occurrendum igitur Eccleſiarum incommodis in dies naſcētibus, & ad mores Cleri reſormandos, cōtrouerſias componēdas ſalubriter ordinantur Sacri Canones, vt quilibet Episcopos in ſua